Dissertatio inauguralis medica de melancholia attonita raro litteratorum affectu ... / [Johann Jakob Muller].

Contributors

Muller, Johann Jakob, 1720-
Teichmeyer, Hermann Friedrich, 1685-1744.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Litteris Jo. Friderici Ritteri, [1741]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/d5u8pepa

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Q. D. O. M. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

MELANCHOLIA ATTONITA RARO LITTERATORVM AFFECTV

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

...ON. ERNESTO AVGVSTO

...CE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE WESTPHALIAE ET RELIQVA
...VMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO
AC LEGIONIS PEDESTRIS AEQVE ATQVE EQVESTRIS
TRIBVNO EODEMQVE CAESAREO

...AVCTORIT. ET CONSENSV GRATIOSISS. FAC. MEDICAE
PRAESIDE

...ERM. FRIDER. TEICHMEYERO

HEREDITARIO IN CAMSDORF ET WENIGEN-IENA
...IL. ET MED. DOCT. ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. P. P. ORD.
...SERENISS. SAXON. DVC. VINAR. ET ISENAC. CONSIL. AVL.
...ARCHIATRO ET PHYSICO ACAD. IMPER LEOPOLD. CAROL.
ET SOC. SCIENT. REG. BORVSS. SODAL.
PATRONO ATQVE PRAECEPTORE AETATEM COLENDO

PRO GRADV DOCTORIS
MORE MAIORVM LEGITIME OBTINENDO
PVBLICO EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR

IOH. IACOBVS MVLLERVS

MEMMINGA-SVEVVS.

AD D. OCTOBR. A. O. R. M DCC XLI.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI.

PROOEMIVM.

UTRVM novi dentur morbi, nec ne, in utramque partem a medicis diu multumque disputatum fuit. Contemplantibus morbos ad res a Deo creatas haud spectare, principium quoque Leibnizii indiscernibilium veritate non destitui; affirmativa facilis videtur. Verum licet utrumque lubens ipsis largiar; ex priori non nisi possibilitatem morborum novorum, ex posteriori vero immensam saltem morborum varietatem, demonstrare poterunt. Facilius itaque negativam tuebimur. Morbus enim cum sit impotentia partium corporis viventis actiones ipsis secundum naturam competentes exercendi, a constitutione partium præternaturali dependens; variabunt morbi,

prout ipſa variat conſtitutio partium præternaturali
Partes vero noſtri corporis ſunt vel fluidæ vel ſolida
adeoque conſtitutio ipſarum præternaturalis erit vel i
fluidis, vel in ſolidis, vel in utrisque ſimul. Tria ig
tur tantum ſumma dantur morborum genera, in quæ r
ſolvere omnes morborum ſpecies poſſumus. Quamd
itaque corpus humanum non niſi ex ſolidis ac fluid
conſtabit partibus; tamdiu fieri nequit, ut novi oria
tur morbi. In aprico igitur jam poſita eſt conclúſi
nullum morbum apte dicendum eſſe novum; ſed m
gis illorum immenſam ſane variationem, atque quoru
dam raritatem, quæ præcipue affirmantes decepit, a
ſerendam. Eſt vero utique ex rariſſimis præſens, que
thematis inauguralis loco exhibebo, morbus, cuius h
ſtoria a Clariſſimo atque Experientiſſimo medico m
cum communicata eſt, cuius ab informatione ſex a
hinc annis primas ſtudii mei medici lineas ducere, De
aurigante, licuit. Faxit hic ſummus Archiater,
ut & hæc feliciter agantur.

§. I. M

§. I.

MELANCHOLIAE ATTONITAE explicationem dum ſuſcipio, ut definitionem ipſius exhibeam ordinis ratio videtur expoſcere. Hæc vecum ſit Melancholiæ ſpecies, hujus iſti præmittendam nſui ideam. Is vero melancholia laborans dici conevit, qui ſine febre diu ita delirat, ut non timenda neat. Melancholia itaque attonita eſt iſta melancho- ſpecies, qua quis ægrotus triſtis primo, dein per ngius temporis ſpatium mutus, immotus, ſtupidus, embris fere rigidis ſummeque emaciatus redditur, retis pauciſſimis actionibus, v.g. ut ori intruſa ſubinde ntum deglutiat, & digitis oculis admotis his nictitet ac erdum dormire videatur.

§. II.

Subjectum itaque Melancholiæ attonitæ *ut quod* ue ac *ut quo*, idem eſt cum melancholiæ vulgaris jectis. *Cauſa* noſtri affectus *immediata* eſt, uti in aliis lancholiis, ſpirituum fixitas & motus eorum irregulis. Hæc autem fixitas motusque irregularis ſpiritun dependent a *cauſa mediata proximiori*, quam conuunt vel objecta externa, vel maſſa ſanguinea viſcior atque acidior, cui & acrimonia maxime acida in ſtro affectu conjuncta deprehenditur. Hanc vero inperiem maſſæ ſanguineæ inferentes cauſæ ſunt vel *urales*, vel *non naturales* vel *præternaturales* ceu caumediatæ remotiores, ſuntque omnes iſtæ, quæ in lancholia vulgari recenſentur, hasque recenſitas ex-

hibent præter alios celeberrimos practicos, Ill. & Ma
PRAESES in *ſua Pathol. & Praxi, p. 87. ſeq.* nec non
& Magn. *Hilſcherus* in Diſſertatione ſub ejus præſidio
loci 1727. habita. Cognoſcitur vero melancholia a
nita optime ex definitione nec non cauſis prægre
Ratione *prognoſeos* idem fere eſt judicium ac in aliis
lancholiis. Uti enim recens facilius bona diæta & p
corum medicamentorum uſu; ita inveterata atque
reditaria difficilius curatur. Ad internecionem te
maſſæ ſanguineæ deſtructione & ſubſequa virium
ſumtione: Eventus e contra ſalutaris exſpectandus
correctione maſſæ ſanguineæ intemperatæ. Ex his
cile jam liquent *indicationes curatoriæ*, quarum prima
idea delira cognita quovis modo eſt delenda; altera, r
ſæ ſanguineæ intemperies viſcida, acida eſt corriger
& tertiâ, vires ſunt conſervandæ vel reſtituendæ, ſym
mataque urgentia mitiganda. In genere tamen ter
dum, ægrum medicamentorum multitudine non grav
dum, ſed magis autocratiæ naturæ plurimum re
quendum eſſe. Cum in hoc §pho melancholiæ attor
cauſas enumerando non niſi eas produxerim, quæ
lancholiam vulgarem cauſare queant; me nondum a
nitæ melancholiæ cauſas attigiſſe quis dicet: ſed reſp
deo, eædem ſunt cauſæ noſtri affectus materiales ac ip
melancholiæ vulgaris; ſed in noſtro particularum p
portio eſt ita determinatâ ac ſpecifica, ut non niſi iſt
determinatum effectum edat, quæ quidem ſpecifica p
portio, quia eſt determinata, demonſtrari nequit.
his etiam facile conſequitur, quænam medicament
melancholia attonita in uſum vocanda ſint. Cum ei
communes cum melancholia vulgari agnoſcat cau
omnia iſta medicamenta adhiberi poterunt, quæ ab

Magn. PRAESIDE l. c. atque Ill. & Magn. HIL-CHERO in modo laudata dissertatione, & ab aliis bo-e notæ practicis commendantur. Quoniam vero spe-alis quædam determinatio particularum morbificarum nul præsens in nostra melancholia sit, quam nescimus; quamur experientiam, eaque seligamus, quæ ipsa com-obat, medicamenta, necesse est; de quibus infra in plicatione nostri casus plura dicendi locus erit.

§. III.

Summa igitur (ex §pho 1.) sponte liquet huius af-ctus cum catalepsi affinitas. In eo tamen maxime ab o discrepat, quod hæc per periodos suum adfligat grum, qui statuæ marmoreæ vel ligneæ ad instar riget, statum corporis illum, in quo a morbo arreptus fuit, tinet, idque oculis immotis, dentibusque firmissime ausis; sed post paucas minutas, vel horas, ad se redit sanissimus quasi obambulat, non aliter ac a paroxysmo rgens epilepticus. Cum e contrario melancholia atto-a non adeo periodice recurrens, sed diutius eodem fe-tenore permanens affectus, idemque phantasiæ pertur-tæ labore cumulatus, & in nonnullis voluntatis obsti-tæ aut morbidæ labe complicatus sit, ut noster doce-casus. *Catalepsis* vero est affectus purus putus in-luntarius, non minus, quam convulsiones epilepticæ, o, quam horror febrilis. Nec major labor erit ab honia aut paralysi distinguere melancholiam attoni-m. Nam hæc post præcurrentem melancholiam vul-rem loquelæ successivam tantum emansionem osten-t, & in his quæ pronunciantur verbis nulla littera audicat, deglutitio remanet integra, altera facici pars n distorquetur, membra licet motu careant, non ta-en flaccida pendent, ne dum contrahuntur, sed semi-

rigida,

rigida, vi tamen flexibilia in eodem ſtatu, quo ab alio nuntur, diu manent; quæ omnia in paralyſi & hu aphonia contrario modo ſe habent.

§. IV.

Raritatem noſtri affectus vel exinde concludere cet, quia SENNERTVS, magnus ille medicinæ ſtaurator, cui nihil præter circulationem ſanguinis fuit, qui & ipſe quamplurimas hiſtorias medicas co git, & undiquaque collectos libros medico-caſua aſſidue evolvit, cuius etiam morborum accuratas ſcriptiones pro fundamento ſuarum Ætiologiarum dicarum incomparabilis poſuit *Bellini*, parens med rum mechanicorum merito dicendus, tantæ, inqu lectionis & experientiæ vir SENNERTVS inge faſſus eſt *libr. I. Medicinæ Pract. de Affectibus capitis* 1654. *p.* 408. vix unquam a ſe hunc viſum eſſe morb Digna autem ſunt verba & hiſtoria allata, ob plurim cum noſtro affectu ſimilitudinem, ut & hic legan „Obſervatus rarus affectus a cl. D. D. IACOBO IA „Sereniſſ. Elect. Saxon. Viduæ Lichtenburgi med „amico meo ſingulari, anno 1630. in viro triginta „quod excurrebat, annorum Eccleſiæ cujusdam pa „re. Hic enim temperamento melancholicus, ve „tempore melancholia laborare cepit; triſtiorque ſu „de factus nihil quidem abſurdi protulit; attamen „tationibus quaſi vexatus, & propter peccata, qua „juventute commiſerat non atrocia, ſed plane levia „cum Deo in gratiam redire non poſſe ſibi perſua „habebat, indignumque ſe reputabat, qui gereret „nus Eccleſiaſticum. Itaque deſperabundi inſtar „tantum totum tempus vernum, ſed & integram a „tem, qua aliquoties ſibi ipſi, vt & uxori, violentas

nus inferre tentavit, ſuaque interdum, & quaſi per paroxyſmum, μετα σωφρ agere viſus eſt, miſere transegit. Tempore autumnali fervore illo in actionibus remittente, triſtior præter modum factus eſt, ſemperque tacens crebra ſolum ſuſpiria ingeminavit. Amicis præſentibus & variis conſolationibus ægri miſeriam lenientibus, interdum a melancholia & triſtitia ſerio dehortantibus lubens quidem auſcultare viſus eſt; ad reſponſum tamen dandum, licet variis propoſitis, interrogationibus continuo inſtigatus, permoveri non potuit, hanc tamen vocem aliquando edidit: *Ah. Deus!* Qua excepta aliquot ſeptimanis non verbum ullum ex eo, licet ſæpius interrogato, & ut loqueretur monito, extorqueri potuit. Interim nocturno tempore dormiebat, bene mane evigilans cogitabundi inſtar in lecto immobilis jacebat, e lecto opera uxoris elevatus ab eadem veſtibus induebatur, indutus ſtabat inſtar ſtatuæ manu capiti & temporibus ſponte admota, quod præter modum triſtes facere ſolent, ſuſpirabat, impulſus & manu deductus incedebat, ad ſcamnum vel ſellam adductus ſedebat: inſtigatus menſæ aſſidebat, cibumque a conjuge in os inſertum edebat, & cantharo ori adplicato, quem monitus arripiebat & tenebat, bibebat. Hic affectus durabat toto autumno: media hyeme minui cœpit, ita ut tandem reſtitutus munus Eccleſiaſticam iterum obiret; cui adhuc præeſt, triſtior tamen, quia natura melancholicus longo tempore eſt deprehenſus.

§. V.

Novum noſtrum non eſſe morbum a priori in procœmio quidem jam demonſtravi, ſed placet hoc etiam a poſteriori confirmare. Sic veteres atque recen-

tiores practici huic haud adeo dissimiles afferunt casu
In ipsis sacris paginis quæ divino judicio *Nebucodonosc*
immissa fuit mentis abalienatio, nostro judicio nihil a
ud, quam melancholia attonita fuit *Daniel. cap. 4. v.*
Cor ejus ab humano commutatum & cor feræ datum denot
ingentem amentiam ac stupiditatem, nec tamen hu
maniaci quid obtigisse inficias ibimus, & cum *v.*
fœnum ut bos commederit fames canina, aut bulimu
aut citta indicatur, quæ & in nostro ægro insigni gr
du, ut infra dicetur, eminuit. Quod vero rore co
corpus eius fuerit infectum, eum uti alios melancho
cos, nudæ atmosphæræ summe patientem fuisse indic
quod huc usque & in septentrionali apparuit, quan
magis in orientali climate. At finis fati hujus cœliti
immissi Assyriæ monarchæ memorabilis, nam *v. 31.* d
repente mens ei reddita, & ad modestam acceptamqu
humanam pervenit formam, quæ repentina scenæ m
tatio melancholiæ attonitæ propria quasi est, & infra d
pingetur. Plura ad hanc rem spectantia vid. in Thor
BARTHOLINI Tr. de Morbis biblicis & reliqui
Dissentientium vero in tali pathologia critica anxiu
prosequendi placita instituti ratio prohibet.

§. VI.

Morbum vero litteratorum vocamus, cum & n
ster juvenis fuerit studiosus; SENNERTI ægrotu
theologus, & tertius denique eadem laborans XL. a
hinc annis a B. WEDELIO curatus studiosus, qui pe
plures menses tristis, mutus, attonitus, ut statua j
cens derepente demum tali sensuum integritati restitu
tus fuit; ut quæcunque coram ipso pro semimortu
judicato locuta fuerint ab adstantibus, recitare potu
rit. Ipse quoque *Illustr. atque Magn.* PRAESES ea
de

lem melancholiæ ſpeciem obſervavit in ſtudioſo, quî ber quatuor ſeptimanas mutus, membris vere rigidis n eodem ſtatu, in quem ab adſtantibus ponebantur nanentibus, oculis clavo cuidam oppoſito parieti inixo adeo affixis, ut, licet caput ejus verſus aliam plaam ſtudio direxerint adſtantes, tamen perpetuo ocuos hunc in clavum converſos habuerit. Hic vero trum reſtitutus ſit, nec ne, *Ill. atque Magn.* PRAESES neſcit, dum ita conſtitutum in patriam dimiſerunt. Plurium equidem exemplorum parallelismum ex CHENCKIO, BONETO, BVRNETTO, *A. N. C.* & liis adducere, ſi tempus vacaret, non inutile foret, uo plura enim habemus data, eo firmiores rerum atque phœnomenorum rationes dare licet. Sed pedem am proferimus ad enarrandum noſtrum caſum, ubî ber ſubjectas ſingulis morbi ſtadiis epicriſes, ampla erit ccaſio de morbi natura, cauſis proximis ac remotis, rognoſi, regimine ac curatione ulterius diſſerendi.

§. VII.

Noſter ergo æger juvenis XVIII. annorum nobili roſapia natus, matre per omnem vitam melancholica, emperamento ſanguineo - cholerico - melancholico, abitu corporis ſtrictiori, variolis confluentibus atroiſſimis ſat tenera ætate duriſſime vexatus, ſtigmata inle creberrima, & maſſam ſanguineam calidiorem, ſaino-oleoſam reportavit. Adoleſcens XII. annorum nebhritidem ſæpe ſentiens ſtrangurioſam breviter transuntem expertus, ſequentibus annis humanioribus egregie proficiſcentem; ſed reliquum cervicem flecti neſciam oſtendit. Ætatis anno XVII. ſcabie humida copioſa laborabat, per autumnum ac hyemem, imo ſeguenti vere. Quæ neſcio quibus remediis, ſed tem-

pore credo desinens melancholicum affectum e vestig
exhibuit. Prius sæpissime odontalgia, & rebelli gen
tumore afficiebatur, eodem scil. anno ætatis XVI
mense Augusti, & Septembris; cum antecedentib
mensibus præter solitum phantasiæ ejus utrinque distr
heretur; hinc scilicet philosophiæ altioris præprim
metaphysices studio ad seras usque nec raro noctes pr
tracto, illinc tragicorum & comicorum dramatum sp
ctaculo, clanculo forte desiderio ardentissimo ipsi obr
to, quod inter actores numerari frustratus fuerit; quo
ea de causa scire interest, quia Nostri affectus m
lancholicus in insignem comœdomaniam ultimo d
sinebat.

EPICRISIS.

Patent ergo causæ procatarcticæ quam plurim
pluresque sequenti patebunt; in quarum numero pr
cipuæ sunt dispositio hæreditaria, temperamentur
sanguinis dyscrasia calidior, salino-oleosa, congesti
nes istæ sanguineæ ad renes, virili ætati magis, qua
iuvenili quadrantes, uti nephritis, indeque præsagæ i
minentis similiter incongrui morbi melancholici. M
sa sanguinea iterum a scabie chronica deturbata; sic
a nimis protracta febrium intermittentium duratio
alii aliter pessundantur, utrinque enim laudabiliori a
sumta lympha, auctoque sero salso, infaustæ oriunt
obstructiones. Odontalgiæ & genæ tumores toties
dicri morbi, toties incurabilium etiam affectuum, ip
usque mortis prodromi esse solent; modo pessimas ac
tas, modo viscerum infarctus invincibiles, modo mo
bos ex atonia tenacissimos a tergo habent; maxima
enim hi tumores innuunt particularum immobilitate
& crassitiem. Haud parum quoque contribuerunt m

dit

tationes iſtæ profundiores ad ſeras noctes continuatæ
ſſipando ſpiritus ſerumque abſumendo laudabile, nec
on viſciditatem hac ratione inducendo. Occaſionem
iam præbere huic affectui potuit deſiderium quod-
nque tacitum inane ſive imminuendo ſpiritus & ſal
olatile alcalicum; vid. Ill. & Magn. PRAESIDIS *Pa-*
ol. & Praxin. p. 89. ſive eundem juxta *Bellini* opinio-
em tremorem in cerebro excitando tubulos denique
ijus præfracte collabi cogentem; ut diutiſſime ſemet
igere neſcientes flexi maneant, & ita longiſſimo tem-
ore ægro, ſuisque crucem figant. Sicut vero in aliis
iæ procatarcticæ locum invenire poſſunt cauſæ notatu
gnæ; ita non poſtrema erit pollutio nocturna largior,
onte ſuccedens, interturbata, hæc enim res celerri-
e totum ſanguinem reddit viſcidum congeſtionibus
ſpaſmis mirum quantum faventem.

§. VIII.

Evaneſcente demum infauſto prodromo genæ tu-
ore, noſter medio Septembr. alias haud inconſueto
ni prolapſu tentabatur, aut tentare potius ſæpiſſime
utabat; cum rectius molimina aderant hæmorrhoida-
a, & anxietas modo major ſe exſeruit melancholica;
m æger, neſcio, quam naturæ debilitatem ſibi obor-
m querulus perpetuo accuſabat, lethumque immi-
ere inevitabile. Re vera maraſmici quid intercurre-
at. Macies ſucceſſive frigida ſine tuſi, ac ſudore,
on tamen ſine æſtuoſo ſubinde orgaſmo. Syncope
ephalica orthoſtadio, quæ a decubitu mitigabatur.
ibos ſtudio metu obſtructionis alvinæ pauciores aſſu-
iebat, æſtuque revera aliquatenus eminentiori. Somni
rgo blandi aufugerunt, quin mane per alternas quaſi
ies in lecto ſummopere angore preſſus, angens, tre-

mensque preces recitare reperiebatur. Sic antea
ſortia hominum amans, libroſque deperdite, utro
nunc lucifugus anxie deflectebat, de vita deſper
& ad noviſſima ſe præparans. Dolores nullos cu
bat præter ſpasmum ani, & veſicæ, utriusque ſci
ſphincterem ſimul occupantem. Veræque hæmorr
des cœcæ, ſed occultæ, phlegmaticæ internæ coll
bant. A clyſtere emolliente antiſpaſmodico leva
inſigne, urina, alvoque promotis, a mixtura etian
terna ex oleo amygdalorum. dulc. vino malvatico
temperatis carminativis. Nec nota antiſpaſmod
tonico-diſcutientia, diluentia, ac deobſtruentia a
lio non erant.

EPICRISIS.

Enumeratis (§. VII.) cauſis maſſa ſanguinea
ſcidior reddita variis jam ſtagnationibus, atque obſ
ctionibus anſam præbet. Ipſa molimina hæmorrho
lia in noſtro ægro, non, niſi tali in ramis venæ po
ſtagnationi ſanguinis viſcidi debentur, & cum v
naturæ ſanguinem in iſtis vaſis ſtagnantem foras p
pellere non ſuffecerint, cœcæ fuerunt; ex quo fi
patet, hæcce molimina minus critica, ſed magis ſymp
matica fuiſſe, & ideo non adjuvanda. Major jam
exſerens anxietas melancholica originem ducit a fix
te ſpirituum maiori, quæ dependet a maſſa ſangui
magis viſcida vel quatenus iſti ab hac ſecernuntur,
etiam quatenus talis viſcidus ſanguis per vaſa cere
ſubtiliſſima tranſire nequit, & ita tenaciſſimam ner
rum preſſionem efficit, motumque ſpirituum retard
Haud parum etiam, meo quidem judicio, anxietat
hanc melancholicam auxiſſe, quod jam ipſum ſu
corpus morboſum eſſe ſenſerit. Anxietates vero m

remque diutius continuatum maciem ſequi, quoti
iana edocemur experientia; quare nec hic mirum;
um præterea digeſtione maxime læſa nullus bonæ
otæ chylus elaboraretur; excretionibus continuan-
bus amiſſæ partes non reſtituebantur. Hinc etiam
atet ſyncopis cauſa, nempe ſpirituum defectus, quam
uſam vel ipſa illius mitigatio, quæ decubitu ſuccede-
at, confirmat. Somno quoque aufugente ſpiritus ma-
is conſumebantur, & cum metu obſtructionis alvinæ
rum ciborum aſſumſerit; non reſtituebantur; qui
que aliter fieri potuit, quam, quod omnia nunc gra-
ora ſint. Spaſmum ani, & veſicæ ſphincterem occu-
ntem, ſanguine in his ſtagnante viſcido & acri pro-
ctum eſſe, juvantibus, quæ fuerunt emollientia, nec
n temperata carminativa, confirmamur.

§. IX.

Menſe octobris, ſtupiditas quaſi infantilis ingen-
cepit incrementa, intervallis adhuc lucidioribus,
lſu ſemper celeriori, extremis frigidis, ſemirigidis.
lodo aptius reſpondebat, modo nec vox, nec verba
quuntur ab interrogato. A nodulo laxante prima vi-
excrementa incurius demiſit; in fine vero ejus uſus
origer iterum redditus; alimenta avidius juſto denuo
petebat. Poſt quoddam vero tempus mane deliria
m leviculis convulſionibus, membrorumque geſti-
lationibus, pupillis oculorum ſumme dilatatis, ex-
emis frigidis. Ventris interdum morſus arguere vi-
batur æger, quod ſubinde abdomen manibus tene-
at. Excretiones omnes retinere videbatur, cum ta-
en oblata aſſumebat. Acidulæ, copioſior thea, diæ-
tenuis. Clyſter leniens cum aliquoties remanſerit; pro
imulo extractum helleb. nigr. electuar. hier. ciner. cla-

vell.

vell. addebantur. Cumque alias clamore, ploratu, xietatibus evigilaverat, nunc leni perfusus sudore, bra facie, nonnihil stupidus jacebat, muco ex ore, naribus exstillante, lachrymisque oculorum. Vesp semper melius, hactenus raro perpetuo vox.

EPICRISIS.

Nemo non videt cerebri pressionem ingentem undiquaque corruente sanguine, eo tamen non lib per sinus cerebri, & reliqua vasa, meante; probab hinc esse videtur, polypos adhuc solubiles ibi hæsi unde summa ista stupiditas ortum duxit. Reliqu §phus hic IX. egregie confirmat, quod cum viscidit acrimonia (juxta §phum II.) in melancholia atton conjuncta sit. Omnia enim in eo, quem jam expli mus, paragrapho allata symptomata ex illis sibi in cem conjunctis derivare, atque explicare possum Sic pulsus celerior, membrorum semirigiditas, alv que incurius demissa acrimoniam irritantem spasmu que inferentem supponunt. Extremorum frigiditat ita mihi concipio; sanguis viscidus in extremis ob v ibidem subtilissima subsistit, calor, secundum leges tr situs ignis, in aerem abit, ob motum sanguinis dene tum salinæ particulæ destituuntur novo cum sulpl reis contactu; hinc salium actio in sulphur interme um cessat, & hæc actio est causa caloris, cessante que causa, cessat effectus; adeoque extrema sunt gida. Nec aliud quoddam, quam acre irritans p causa habent convulsiones, membrorumque gestict tiones, ac pupillæ oculorum ampliatæ. Alvi vero gnities, præter alias, pro causa agnoscit siccitate Quod æger ploratu, clamore atque anxietatibus evi lavit, testatur etiam de insigni spasmo, qui copiosis

q

idis, vt acidulis, quarum teſte FR. HOFFMANNO sque optimis practicis, maxima in affectibus melan- olicis vis, atque efficacia, thea, diætaque tenui in- tis, egregie mitigabatur, vt nunc diluta hoc modo morum maſſa, æger leni perfuſus ſudore, muco ex ; & naribus exſtillante, rubra facie, quoniam ſan- is vaſa faciei anguſta iterum tranſire potuit, oculis- e lachrymas fundentibus jaceat. Cum etiam ali- nta avidius iterum appetebat, his, ſi non ex toto; nen ex parte, reſolutis, et ad maſſam ſanguineam de- is, ſerum laudabile deficiens nonnihil reſtitutum eſt: ic veſperi forſan melius ſe habuit æger.

§. X.

Nemo ergo iam non venæ ſectionem deſiderabat. enim fieri ſuevit; vt maxima idola, maximum ap- uſum habeant. Nec curant huc quadrantem BOER- VII canonem: Venæ ſectio in apoplexia, ſi non ju- ; occidit. Sed acclamant, ſatius eſſe anceps expe- i remedium, quam nullum. Ergo medio octobr. no- o mane, quo hilarior reliquis apparuit, vena aperta pedis. Sanguis per tenue forte extractus foramen n adeo niger, ſed magis rutilus, nec ſpiſſus. Lo- ebatur poſt venæ ſectionem; melancholica quidem; evique dein omnia graviora. Urina nunc inſcio ela- ur, alvi ſumma tarditas ſponte nunquam obſequens, l 7-8. die clyſtere evocabatur; jam pulpa colocyn- idis ad ℈ß incocta ſtimulando alias inerti, aut infuſo liorum ſennæ unciam ſemis frigide facto cum thea lato. Sic alvus vi ſæpius proritabatur. Remedia t nihil efficiebant, aut morbi exacerbationes maxime gravabantur ſcil. ſudore perfuſus comate vigili pres- s quaſi jacebat diutiſſime; oculis rigidis fere, pupilla

ampliata, membrisque immobilibus; Urina diu ſu
minata ad 36. ſæpe horas, dein cum impetu cop
ſponteque elabente. Ergo medico feſtina lente n
imperatum, autocratiæ naturæ juventuti ſingula c
mendanda. Urina vitro excepta ſemper tenuis ſp
aquea, ſubinde largiter nubeculoſa. Sympton
erant; tuſſis acrior ſubinde, ſudamina, et efflореſcen
fere purpuraceæ, ſumme prurientes, & ægrum ad
pendum excitantes, ſalubres ſatis; extra lectum c
vulſiones leves, tremor labii inferioris, et palpebrar
æſtus & ſudor intenſiſſimus; ſed pulſus magnus
fortis priores paroxysmos antevertebat. Nec perfe
apyrexia, vt ita dicam, non enim febris manifeſto a
rat; ſed levis tantum remiſſio. Cum hactenus
plures dies pro muto haberetur; ex obvio libro p
ces recitare, ac legere cœpit paucas, mox ſtetit iter
vox, nec precibus, nec vi pergebat. Tuſſis mox p
fecte ſedata ſyrupo altheæ, mucilagine cydonior
oleo amygdalorum dulcium, ſucco liquirit.; forte
analeptico æſtibus oppoſito ex aqua confortante f
Sambuci, acaciæ, matre perlarum C. C. philoſ. ſp
nitri dulc. julep. roſat. In fine octobris, indicanti
exanthematibus, veſicatoria quatuor larga ægrum p
re exhilarantia, ſed vocis ſenſuumque ſenſibiliter ni
reducentia.

EPICRISIS.

Venæ ſectio vt divinum auxilium rarefacto, v
copioſo ſanguine, aut preſſis alicubi nervis, ac viſ
rum compage; ita ſub regnante nervorum atonia, a
jugi paroxysmorum ſucceſſu, aut caeochymia emine
quotidie peſſime in auxilium vocatur. Ab ipſo CA
LIO in *medicina aulica*, a quo nunquam exſpectaſſ
medi

nedico Stahliano, ſolidiſſimis evictum eſt argumentis, lecies Venæſectionem medicos inſtituere, antequam ſenel neceſſe fuerit. Ambigua ſane vox eſt, molimina aturæ eſſe adjuvanda, hæc enim fiunt vel ex robore, el ex debilitate naturæ, vel critica, vel ſymptomatica int; Illa adjuvante non egent; ſanis enim fruſtra meicina paratur, hæc vero adjuvare maximus error, aut ihil aliud eſt, quam errorem naturæ errore medici cuulare. Comatis vigilis ingens etiam cum noſtra mencholia affinitas, ſed finis indicat in hac videri tantum gros nil audire, nec percipere; in illa vero re vera eficiunt circa hæc. Alvi ſumma tarditas, quæ perpeio faceſſit negotium, conſideratis ægroti circumſtanis facile poterit explicari. Tali enim irregulari ſpiriium motu, æque ac eorum defectu præſente, motus teſtinorum periſtalticus non rite ſuccedebat; Seri lerat in toto corpore penuria, hinc ſiccitas ſecum; & im perpetuo jam plus ingerebat, quam ſaniſſimus, & oſt octiduum vix ſemel egerebat; credere fas eſt, affiſſimas ciborum partes in inteſtinis abſorberi a veis lacteis bibulis, illis forte magis, eorumque diameis ampliatis, & epithelio, membrana villoſam inteſtiorum tegente tenerrima, ſingulariter mutato. Quo agis vero venarum reſorbentium diametri ampliati; plus exhalantium preſſi ſunt; unde alvus ficciſſima, inde ingens tarditas. Indicantur itaque, quæ redaeriunt exhalantia vaſa, & horum æquilibrium reſtiunt, & hæc, ſunt teſte experientia fumus tabaci, ſaa catarctica, & media, fructus horæi aptiores, quales nt pruna, & poma, flores acaciæ, folia ſennæ, ac eoum infuſio imprimis frigida. Tuſſis ortum ducit ab rimonia in pulmonibus, vel in aſpera arteria hærente;

tremor vero labiorum atque palpebrarum a ſpirituum influxu inæquali. Effloreſcentiæ, dum materiam v ſcido-acrem in corpore imminuebant; ſalubres utiqu fuerunt. Veſicatoria licet ad plenariam vocis ſenſuum que reſtitutionem non ſuffecerint, attamen aliqua e parte materiam morbificam verſus minus nobiles pa tes derivando ægrum exhilarabant.

§. XI.

Menſe novembris, & decembris, quo magis ſo ſtitium hybernum appropinquabat, eo pertinacius in ſtebat ſilentium plus, quam Pythagoricum omnes in a miratione rapiens, vt plerique centies jurarent, eu moriturum eſſe. Petulantiam dixerint alii, qui non lum ſpectaſſent ſummopere emaciatum, cute vix oſ bus hærente: quid, quod exanthemata illa prurient circa os ſacrum, ac clunes abierint in intertrigine hæc in ſphacelum parvæ quidem circumſcriptionis. A quando, quod ſonum nullum ederet, auribus ægri ſo tiſſime acclamaverunt ſurdum illum putantes; at i alapis clamanti illatis mox nec ſurdum ſe eſſe, nec ſtip tem; ira enim poterat excandeſcere. Eadem ſemp alvi tarditas. Urina non, niſi per diem aſtronomicu ſemel ſui pondere, aut detruſoris veſicæ violentia em tebatur. Contra alvi ſegnitiem ordinabatur R rhabarb. liq. C. C. ſed jocus tantum erat. Poſt capill rum reſectionem fomentatio capitis cum cataplasma nervino vinoſo pulſibus, & ſpinæ dorſali linimentu ſpirituoſum; volatile ad nares pro exacerbationu mitigatione adhibitum fuit. Spiritu bezoardico Buſ aut ſimili alio Dippeliano animali oleo alacritas aliqua exigua redire videbatur, ſed & ægri nunc inquietud geſticulatio, fuga lecti, licet titubantibus pedibus,

talib

alibus acriter continuatis metaſchematismum in choream Viti futurum imminere videbatur. Fames fere anima nunc magis magisque apparuit. Alvus aliquando ad 12.mum diem obſtructa exſpectatione frustrata, conſueta tandem ſenna aperta fuit. Tum æger summum conatum adhibuit, nec magis ſanæ mentis videbatur quam eo tempore, aut voluntatem liberam restitutam iri, nihilominus nil loquebatur; quin alvo ejecta adhuc ſtupidior jacebat, facie rubra, oculo altero fere inflammato, lachrymis ex oculis ſtillantibus. Ad plura remedia inducebatur difficilius. Ubi ſenna ruſtranea; clyſter colocynthiacus infallibilis, ſed ægro, & adſtantibus odioſus.

EPICRISIS.

Potiſſimum morbus hic in ſenſorio communi, vel medullla cerebri voluntatis, intellectus, & attentionis ſede conjecturali. Nam cum omnes muſculi rubri ventriculoſi eſſent, nulla præter allatam eſſet cauſa, cur omnium agiliſſimi linguales languerent. Sin morbi incunabula ab attentis nimis cogitationibus derivamus, quid mirum, nimiam attentionem degeneraſſe ſucceſſive in penitus imminutam; contrariorum enim dantur termini. Linguae ergo organum integrum quidem fuit, ſed imperium quaſi animæ pro eius motu deficiebat, ſed utique comitante preſſione fibrarum cerebri. Hinc nullus dubito, quin verberibus ad loquendum adigi æger potuiſſet, ſed an non metaſchematismus isque peſſimus exſpectandus fuiſſet e. g. in epilepſiam; eſt alia quæſtio. Sicut febre craſſe cohibita, aut epileptico vi interturbato paroxysmo, videmus, malum centies, & ad internecionem usque exaſperari. Excretio alvina, cum ex parte ad actiones voluntarias referatur:

ipſi vero libera voluntas non fuerit: mirum non e
concurrentibus etiam ſuperius allatis cauſis, alvum ip
fuiſſe minus ſolutam; quæ & ratio eſt urinæ emiſſion
℞a. rhabarb. forte ideo non ſuffecit ad alvum prom
vendam, quia ob viſciditatem, quæ medicamentoru
vim maxime imminuit, non ſatis agere potuit; hinc i
genere etiam in omnibus morbis, ubi viſcidum in cau
eſt, medicamenta vel majori juſto doſi, vel fortio
præſcribi debent. Fomentatio capitis ejusque effect
non plane fruſtraneus nos docet, & confirmat preſſi
nem cerebri a ſtagnatione alicujus humoris ortar
Quod alvo dejecta adhuc ſtupidior jaceret, a ſpiritibu
adhibito conatu, depauperatis, & ſanguinem per eunde
conatum ad caput premendo, derivamus, quod poſt
rius facies rubra, lachrymæque exſtillantes roboran
Clyſter colocynthiacus ob ſummam, quæ ipſi ineſt, ſt
mulandi vim ſpem nunquam fefellit.

§. XII.

Anno novo creſcentibus diebus, ſenſibus, & vir
bus melius ſe habere videbatur, in ſomno manus agit
bat, dentibus ſtridebat, pedibus ad ſtandum, menſe
febr. ad ambulandum, ſed tardiſſime vtebatur, nec ali
de cauſa, quam, quod cibum in quodam cubiculi loc
poſitum videret. Cum antecedentibus menſibus tal
membrorum pigrities, vt eandem ſcilicet brachii incur
vationem, quam adſtans ei dederat longiſſimo tempor
inſtar ſtatuæ retinebat. Lætius etiam ſignum, quo
ſellæ patroclianæ impoſitus urinam emittebat ſubinde
Alvus vero ſemper tardiſſima, ut foliorum ſennæ unci
ſemis diureſin tantum moveret; ſicut & ſpiritus Corn
Cerv. ſale ſanguinis cervi ſaturatus, qui huic analep
ticum ſæpe præſtitit effectum. Poſtmiſſæ ergo drach
ma

næ quinque foliorum ſennæ in infuſo duplicem alvi ſe-
lem præſtiterunt. Facies jam non amplius triſtis, tur-
ida melancholica, ſed fatuorum ſimilis, aut moroſin in-
licans ſubridens ſubinde, dumque ambulanti turpis
ucoſæ ſalivæ copia ex ore, & naribus ſtillabat. No-
ulus laxans cum pulpæ colocynthidis 3ß præſcriptus,
um cochleatim 36 vicibus vix tertiam totius delibaſſet,
ix ſemel alvus mota; ſed albi quid prælongi dejecerat
itius abjectum a famula, quod tineam fuiſſe credo
ermibus haud parum tribuens. Alteras tertias nodu-
illius, aut vini purgantis intra biduum aſſumſit, ſed
ne ulla alvi ſede; ergo ad 7mum diem hæc patiebatur
uci infuſo ſennæ conſueto euporiſto, cogi enim aliter
rrea nequivit. Circa hoc tempus putabant ægrum
ſomno locutum fuiſſe: *Eue reſurgam: Ich will wieder*
ufſtehen. In fine Ianuar. pillulæ colocynthiacæ, len-
um magnitudine, vt cum pomi raſura apte, ac clancu-
m offerri poſſent, præſcripta ſunt, a quarum nimia
oſi vomitus, ac ſedes paucæ, cum debilitatione ægri;
roxima tamen hebdomate rariora verba edere cepit,
im ultra trimeſtre piſce mutior fuiſſet; ſed ſubmiſſa
oce tantum ad confidentiſſimos fraterculum, aut ſoro-
m. Moroſis tamen valde eminebat, menſe etiam
artio ridens nempe perpetuo, aut ſimiæ inſtar genas
icens, ore perpetuo ſalivante; ingreſſus tardiſſimus
ſpectri. Marcor totius adhuc ſatis ingens, qui ta-
en ad meliorationem redire videbatur. Aprili hæc
eo vigebant una cum bulimia: vt monſtratum ali-
ando recentium florum herbarumque faſciculum
anu, oreque arripiens, devorabat, haud aliter forte,
am bos ille Aſſyrius *Dan. IV. v. 30.* Sic & candelas
aceas, ubi potuit, ſæpe morſibus petiit.

EPICRI-

EPICRISIS.

Sic iterum verum BOERHAVII aſſertum: morb præprimis febres, Auguſto incipientes deſinunt princ pio februarii, vel potius hoc tempore metaſchemati mos eorum exſpectare licet. Quod vero noſtro morb febrile quid ſubfuerit ex §pho X., & quod menſe Octob exacerbationes ad ternos dies manifeſto auctiores d prehendebantur, elucet; quod forte præter alia gravi ra momenta diſſidium dedit de venæ ſectionis uſ Tot vero alvi repetitis abſterſionibus redibant ad æqu librium inteſtinorum vaſcula exhalantia, & reſorbenti quorum poſteriorum diametris anguſtatis, ſubtilior ja meliorisque conditionis chylus reaffunditur ſanguin quo & reſtitante inſimul adhuc juvenili vigore dataqu per ſalivationem ſpontaneam derivatione materiæ mo boſæ, nec non ſanguine inedia depauperato factum e quo minus apoplexia, vel lethargus, vel alius affectu ſoporoſus, ſed moroſis aborta fuerit, de qua juſtu metus, ne ad dies vitæ ſit remanſura, & fatendum a tocratia naturæ omnium admiratione eſſe finitam. Ve mes quod talem ludere poſſint tragœdiam, vel exin patet, quod anatome compertum ſit, vermibus duct pancreatico inhærentibus, melancholiam usque ad i felicem autocheiriam excitatam fuiſſe. Hujus aſſer veritatem etiam expertus eſt Excellentiſſimus nec no Doctiſſimus DD. EHRHARTVS, Patronus atque Pra ceptor pie colendus in autocheira Heimertingenſi a t phaceis lapillis in pancreate, menſe Iunii 1741.

§. XIII.

Illuxerat tandem fauſtiſſimus ille dies ac deſider tus d. 7. Maji, qui ſabbathi erat, quo tempore poſt ve nos ridentes ſoles, ſolum denuo gelu obriguerat,

hyem

ems nova minaretur. Hactenus enim eadem moro-
, ſtupiditas, ſalivatio, inceſſus tardior, cachectica
ies, nulla activitas, voracitas perpetua, ac venatio
orum, potus fere fuga, loquela penitus nulla, ſed
oquentibus riſum fatuum, aut faciem catonicam, vel
ſticam opponens. Tali in ſtatu ante meridiem. Poſt
ridiem ecce! paroxysmo febris intermittentis arri-
ur, angitur præcordiis, vomiturit; artibus concu-
ur, horret, friget. Adſtantes nunc convulſiones,
viſſimaque quæque inſtare putant. Vocatus medico
ntra bono animo eſſe cunctos percepit, ac finem ma-
rum lætiſſimum pronunciat. Ad mandata aut inter-
gata ægro propoſita, hic iterum lingua titubante
ædam obſcura proponens, riſit tantummodo Hera-
ti inſtar, ſed blande. Succedunt æſtus, ſudoresque,
ox quieta. Die ſequenti ſolis æger ſaniſſima mente
cillam excubias apud eum agentem acclamat, quid
e ſit inconſueti, quod in ſuo lecto urina & ſtercore
aculatus ſit, poſtulat munditiem; dein ſe ſcire per-
t diem eſſe dominicam, veſtitum debitum adportan-
um eſſe, ut & Rambachii Poſtillam. Sicque ex muto,
rdido, fatuo, auſtero, ſpectro ſimili, ſit momento
tius affabilis comicus, amabilis, nitidus, facie dere-
nte florida, habitu corporis celerrime vivaci, ſpon-
oſo, quid? quod quinque, vel ſex linguarum ſe ali-
ualiter potentem ſimul ac ſemel monſtrat, cum per
ngum ſatis tempus vix librum manibus arripuerit,
unc nihil earum, quæ didicerit ſe oblitum eſſe, arabica,
ebraica, græca legit, reliquis litteras ſcripſit ſuæque
convaleſcentiæ certiores reddit amicos per urbem;
tiocinii etiam integritatem monſtrat. Mihi valde
irum videbatur, quod alvus etiam celerrime ad debi-

tum redierit officium, verbo omnes e ſepulchro rediiſſe mortuum dixerint.

EPICRISIS.

Febris & hic Dea. Uſus eſt febri jam olim pro medicina ASCLEPIADES. Cum enim febris ſit intem peries calida univerſalis, & conjunctum habeat motum ſanguinis majorem, utique potuit reſolutione, quæ in fe bribus deprehenditur, maxima, ſanguinem viſcidiorem attenuare, & ita una cum acrimonia eliminare. Ipſe HIPPOCRATES laudat febrim ut medicinam in Apo plexia *Sect. VI. Aph. 51.* æque ac in aliis morbis. *Sect. II Aph. 26.* Hinc etiam quidam arte febrim excitare ſtu duerunt. Sic febres intermittentes, quibus præcipue venæ ſectionibus aſſueti obnoxii ſunt, ſuppreſſas revoca re ſalibus volatilibus ac aloeticis aut laxantibus STAH LIVS præcepit. Unus iſte paroxysmus eſt ſalutaris & ſufficiet; quia maſſa ſanguinea dictis in §pho X. jam paulisper diluta, ſerumque blandum reſtitutum ſit.

§. XIV.

Non tamen perfectus malorum finis, cum ex macr celerrime fieret athleticus, pinguis, & corporis pon dere duplo augeretur, æquilibrium de novo, ſed con trario elemento turbatum. Memoria & judicio ſati valuit, ſanitate nimis robuſta & taurina fere, voluntat tamen vaga, inconſtanti, ac ægra nunc, ut mentis i lam labem aut melancholiam vagabundam erraticam quam Arabes *Kutubuth* vocant, a SENNERTO ac BEI LINI enucleatam, adfuiſſe dixeris. Immoriger inſ mul, domeſticis adverſarius, iracundusque erat, miſcen quadrata rotundis, & agilis nimium, nil agebat, au tædio ſuorum centena excogitavit. In præſentia vero

auctoritate valentium ipſique minus familiarium optime moratum ſe geſſit. Simul comœdo-mania ſingulari laborans, die, noctuque comicorum curam egit, quædam ipſe compoſuit; venam etiam poëticam uberrimam oſtendit, licet non adeo exactam; attamen in memoriam revocantem exemplum verbi divini præconis Schœnemanni, qui poſt febrim malignam perpeſſam ad miraculum usque ſermones ſacros ex ſuggeſtu merice enunciabat. Sed venæſectione uberrima, potu acidularum Ægranarum, mutatione loci, aërisque rediit ad meliorem frugem. Anno a morbi principio exantato, mente & corpore perfecte ſanus factus, nuncque ſtudio Theologiæ admotus, faxit Deus, ut memor divinæ miſericordiæ, ſpem ſuorum expleat non modo, ſed et ſuperet.

EPICRISIS.

Extrema ſunt ſibi cognata. Melancholici reliqui ſiunt nimis garruli. Si vis macrum reddere pinguiorem; extenuatio & eſſuriens ſtatus ad ſummum gradum extendatur, & in eodem diu ſuſtineatur; ſic, uti poſt longiorem decocti ligni Guajaci uſum, aut curam intevenream quæ germanis *die Hunger Cur* audit: homines denuo redduntur pinguiſſimi. Hæc vero ſumma extenuatio, tantaque macies, ut oſſa cutem pellucerent, in noſtro ægro deprehendebantur; accelente itaque ſingulari bilis mutatione non potuit aliter fieri, quin idem ſequeretur effectus. Mutato hac ratione ejus temperamento melancholico; eique e diametro jam oppoſito nacto ſanguineo; ſumma ejus in agendo inconſtantia, comœdo-mania, exercitia poetica, & reliqua facile poterunt explicari. Sed venæ-

ſectione uberrima ſanguis depauperatus, potu vero acidularum copioſo, ac loci, aërisque mutatione alteratus, quorum utrumque teſtante HOFFMANNO, aliisque celeberrimis practicis in mentis morbis optatiſſimam fert opem, effecit; ut, quæ ſumma eſt Dei gratia, priſtinæ reſtitutus ſit ſanitati, quam, ut Deus ter optimus maximus, quem ſupplex adoro, ipſi ad ſeros usque annos clementiſſime conſervet. De autocratis naturæ exemplis quidem poſſem proferre quamplurima; quia vero multi auctores fuſius de hac re egerunt uti HOFFMANNVS, nec non STAHLIVS in peculiari de hac re habita diſſertatione: huic immorando nil niſi opus operatum eveniret. Sufficiant itaque hæc pro exhibendo ſpecimine publico. Tibi Deus O. M. omnium rerum arbiter debitas ago gratias pro ſumma tua clementia, quam mihi largitus es, ita, ut & huic labori academico felix impoſitus ſit

FINIS.